

hominis. Dixit ergo eis ihs. Adhuc modicum lumen in uobis est. Ambulate dum lumen habetis. ut non tenebre uos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris. nescit quo uadat. Dum lumen habetis credite in lucem. ut filii lucis sitis.

In s. nicomedi. Siquis uult per me. Per in unum.

In s. eufemie uig. Sim e reg cel thesa. Per i uirg.

In uig sei mathei apli. Secdm lucam.

In illo tempore. Uidit ihs publicanum nomine leui. sedentem ad theloneum. et ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus. surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum leui in domo sua. Et erat turba multa publicanorum. et aliorum qui cum illis erant discubentes. Et murmurabant pharisei dicentes et scribae eorum dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis. Et respondens ihs. dixit